no.ipſemet Bartol.in d.l.Theopompus.Adde tamen ꝙ quando
defertur iuramentum teſti,ꝙ teſtis poteſt petere terminum,circa
ꝙ poſſit deliberare an velit iurare,vt per Alex.in l.iuſiur.de teſti.
b ¶C.tuas. Et ibi vide gl.⁊ doct.⁊ adde quod iuramentum non eſt
de ſubſtantia teſtimonij,nam teſtis non iuratus deponens falſum,
ita punitur de falſo ac ſi iuraſſet.Ita Bart.in l.ſi quis.ff.de fal.
c ¶Iurare non debent. Adde quãdo iſti periti debeant iurare,per
eundem Bart.in pꝛoemio Digeſ.do.Abb.⁊ mod.in c.pꝛopoſuiſti.
de pꝛob. Ang.de Are.⁊ ibi addita in tracta.malefi.in verbo,cica/
trix.Et vide aliquid per Alex.in l.j.§.fin.ff.de verb.oblig.⁊ aliquid
per ipſum in conſi.xv.in j.vol.⁊ in conſi.clxvij.in ij.vol.

LEX IX.

1 ☞Venditoꝛ non poteſt eſſe teſtis pꝛo emptoꝛe.⁊ num.4.
2 Negotium dicitur geſtum alieno nomine quatuoꝛ modis.
3 Vnus de vniuerſitate qñ poſſit eſſe teſtis in cauſa vniuerſitatis.
5 Legatarius non poteſt eſſe teſtis pꝛo herede,quando teſtamenti
poteſt pꝛobari per duos teſtes.
6 Fideiuſſoꝛ an ſit idoneus teſtis pꝛo pꝛincipali.
7 Tutoꝛ,curatoꝛ,pꝛocuratoꝛ,⁊ ſimiles,an finito officio poterint te/
ſtificari.

a **OMnibus.** [a] In re pꝛopꝛia nullus [b] eſt ido/
b neus,hoc dicit.† An hoc ſit
1 quod venditoꝛ non poſſit eſſe teſtis pꝛo ſuo emp/
Gloſſ.hic dubitat. Quidam diſtinguunt,aut vend/
c tenetur de euictione,aut non. Alij indiſtincte [c] dicunt venditoꝛ
non eſſe idoneum teſtem,pꝛopter affectionem quam habet.vt va/
leat,⁊ ſoꝛtiatur effectum contractus ab eo celebꝛatus,ſicut dici/
* mus in pꝛoxeneta*,vt in authen.[d] eo.§.penult.cum gl.ſi. ¶Opp.
inſtit.de teſta.§.legatarijs.Solu.Ibi non teſtificatur in cauſa pꝛo/
pꝛia,ſed in cauſa teſtamenti,⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Omnibus.Adde gloſſ.in l.nullus.ff.eod.tit.per Bar.
ſuper l.ab executoꝛe.§.j.ff.de appella.vide eundem in l.qui teſta/
mento.in pꝛinc.ff.de teſta.
b POMA. ¶Nullus eſt.Fallit in caſu notabili,quem poſui in cap.
omnis vtriuſq; ſexus.de peni.⁊ re.vide ad iſtam l.Cep.conſ.xxxiiij.
⁊ Imol.conſi.cxj.ad fin.⁊ Alex.cxxiiij.vol.j.⁊ cxxxvj.eo.vol.⁊ Alex.
conſi.lxij.volu.iij.
c POMA. ¶Indiſtincte. Et bene per Alex.conſi.ſuo xiij.incip.ex
his que in themate.in verſic.alia ratione non pꝛobat in j.volu.vbi
etiam dicit,de pꝛoxeneta,ſeu de mediatoꝛe.vide etiam Feli.in cap.
inſuper.verſic.tertio queritur.extra de teſti.
* CLAV.DE SEISS. ¶In pꝛoxeneta.Quid autem in fideiuſſo/
re vide per Bar.⁊ alios in l.ſi cui legetur.§.ſi.ff.de leg.j.item quid
in ſolicitatoꝛe,Ro.conſi.ccccxx.tenentem ꝙ admittuntur,niſi ha/
beat ſalarium.⁊ Butrig.⁊ Panoꝛ.in c.ſuper.de teſtib.⁊ Alex.in l.
deferre in ſi.ff.de iur.fiſci.Quid autem in eo qui habet cauſam ſi/
milem,vel qui aliquando eſt habiturus.Alex.conſi.cvij.in penul.
colum.volumi.j.
d POMA. ¶In authen. Item eſt in aduocato,⁊ in illo qui vellet
teſtificari ſuper receptione alicuius rei quam receperat,vt alicui
daret,ſecundum Bar.in l.deferre.circa fin.ff.de iur.fi.vbi ſcripſit de
iſta materia late.

ALIA LECTVRA.

**OMnibus.** Not.quod in re pꝛopꝛia nõ ſolum
teſtimonium non valet,ſed etiam
non debet examinari. Dixit enim tex.ſummotã eſſe fa/
cultatem,⁊c.ergo apparet quod non debet examinari.
¶Quero exempla huius l.glo.ſi bene aduertatur legit trib.modis.
2 Nam debes ſcire † quod negotium dicitur noſtrum altero de qua/
tuoꝛ modis.pꝛimo re ipſa,ipſo geſtu,cura,vel ſolicitudine,⁊ ratiha/
bitione,vt l.item ſi cum putaui.alias l.ſi pupilli.§.itẽ queritur.
ff.de nego.geſt.Poteſt ergo poni exẽplum in negotijs,que ad nos
pertinent re ipſa,quia vere eſt noſtrum pꝛincipaliter.Pone exem/
plum,ſi pꝛocuratoꝛ induceret dominũ in teſtem,vt hic,in glo.dum
dicit,omnibus pꝛincipaliter. Contra hoc opp.ĵ.de fideicom.l.vlt.
Sol.Ibi non eſt pꝛopꝛie teſtis,vt hic circa ſi.gl. ¶Quero,quid ſi
cauſa erat communis teſtis cum alio.dic vt dicam ĵ.l.pꝛoxi.vbi gl.
3 tangit. ¶† Quero quid in vniuerſitate,vtrum vnus de vniuerſi/
a tate [a] poſſit eſſe teſtis. Cyn.ponit iſtam queſtionem.in l.parum.
ḡ.eo. Gl.tangit in l.non tantum.§.vniuerſitatis.ff.de rerum diui.
⁊ ibi per Guli.⁊ ibi reſident in vnam ſententiam,tamen Guilmas/
gis intelligibiliter loquitur,ideo dic vt ibi. ¶Secundo modo po/
teſt intelligi,quando res pertinent ad nos ipſo geſtu,hoc eſt,per
quandam conſequentiam,vel ſecundario. Ponit gl.exemplum in
4 venditoꝛe,qui † non poteſt eſſe teſtis pꝛo emptoꝛe.Sed gl.in l.nul/
b lus.ff.eo.diſtinguit,aut venditoꝛ [b] tenetur de euictione,⁊ nõ poteſt
eſſe teſtis,alias ſecus.De hoc videbis Cy.hic,⁊ Gul.in l.⁊ heredi.
in pꝛi.

in prin.ff.de pac.tenent contrarium per rationem.Dicunt enim ꝙ
proxeneta nō eſt idoneus teſtis in negotio.in quo fuit proxeneta,
vt auth.eo.§.pen.primo reſpon.propter affectionē.quam hꝫ ad il
lud negotium.Eadem ratione nec venditor,nec donans,nec colo
nus erit idoneus teſtis,propter affectionem quam habet.Nō ob.
l.eos.ff.finium reg.q: illam intellige,quando per queſtionē finium
non reſcindebatur contractus,nec venditor de euictione teneba
tur,quecūqꝫ ſequeretur ſententia,alias non poſſet probari per vēdi-
torem,ſed per teſtes extraneos.¶ Contra hoc op.ff.de teſt.l.q te-
ſtamento.Inſti.de teſta.§.legatarijs.dixit gl.quod legatarius non
eſt teſtis in cauſa propria,ſed in cā teſtamenti,q: non ſequitur ſi
teſtamentum,valet ergo legatū domini,verum eſt,ꝙ nō ſequitur,
ſi teſtamentū valet, ergo legatū,ſed bene ſequitur ſi non vꝫ teſta-
mētū,ergo nec legatū in eo relictū,vt l.j.§.de codicil.⁊ de his que
in teſta.delen.l.proxi.ergo legatarijs intereſt ſaltē ſecūdario. Pre-
terea legatarij poſſunt appellare ⁊ cauſam agitare,vt l.a ſentētia.
§.j.ff.de appel.⁊ ff.de inoff.teſta.l.ſi ſuſpecta.in princi.ergo videtur
quod non admittantur,vt in cauſa propria,vt ſ.dictū eſt de vēdi-
tore,verum eſt cōtrarium.Dico finaliter,quod illud ideo in teſta
mētis eſt.propter magnum numerum teſtium qui ibi requiritur,
illud admittitur,⁊ toleratur ille cuius intereſt ſecūdario. Et ideo
5 ſi eſſet teſtamentum,quod probaretur per duos teſtes tantū.nō
putarem legatarios admittēdos,vt puta in teſtamēto facto inter
liberos,vt in l.hac cōſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt.alias poſ-
ſet de facili magna fraus excogitari.Poſſent enim duo ex liberis
vlteriorib.probare teſtatorē inſtituiſſe primos liberos.⁊ eis teſtib.
6 magna legata reliquiſſe qđ eſt inconueniens. ¶ †Quero,vtrū fide
iuſſor ſit idoneus teſtis in cauſa principalis:Videtur quod non:
q: ad eum ſpectat ſecundario commodum,ergo,⁊c.ſecundū iſtam
lec.Preterea poteſt appellare,vt l.a ſententia.§.j.ff.de app.Dyn.
tangit iſtam queſtio.in l.ſi cui legetur.ff.de leg.j.§.fi.⁊ Spec.in tit.
de teſte.§.j.ver.ſed nunquid fideiuſſor,⁊ determinat,aut principa-
lis eſt ſoluendo,aut non.per l.itaqꝫ fullo.ff.de furt.dubito in iſto
paſſu,q: ſemper intereſt ſua potius non ſoluere,quam ſolutum re
petere,vt l.iij.de compenſa. Preterea d.l.a ſententia multum vi-
get contra iſtam deciſionem.Tertio modo legitur iſta lex,quādo
negotium ſit noſtrū cura,⁊ ſolicitudine,ſed hoc nullū patitur con
trarium,ſecundum gl.Unde ſi alius agit cauſam tanquam cura-
tor,tutor,procurator,vel alius,nūquam ille debet audiri teſtis in
cauſa quam ipſe agit.Probatur hoc in l.qui teſtamēto.§.j.ff.de te
ſta.⁊ ibi tangitur per glo.⁊ Iaco.de Are.Si enim intelligeremus
de cauſa,quam quis agit per ſeipſum,nullum haberet dubiū.Ut
7 igitur ſit vtilior lectura,pone caſum prout dixi. ¶ † Sed quero,
vtrum finito officio tutor,procurator,curator,⁊ ſimiles poſſint eſſe
teſtes:Bal.in l.vlti.ff.de teſtib.dicit quod ſic. Contrarium videtur
dicere in l.deferre.§.item decreuerunt.ff.de iur.fiſ. Cyn.tangit in l.
proxi.vbi nullo modo cadit.⁊ nihil boni dicit. Tu dic breuiter,qđ
durante officio non poteſt eſſe teſtis in cauſa, quam agit, vt dixi.
Finito vero officio, aut producitur in teſtē ad aliquid,ex quo ſpe-
ctaret ad eum commodum,vel incommodum.Exemplum ego feci
te procuratorem, ⁊ nuntium ad portandum centum titio.certe tu
non es idoneus teſtis, ad teſtificādum te dediſſe:quia ſi eſt verum,
es liberatus, ſi non, es obligatus.ergo,⁊c. vt hac l. Si vero ad te
non ſpectat commodum vel incommodum, tunc aut produceris
ad teſtificandum ſuper eo,quod a te dicitur eſſe actum,⁊ tunc non
eſſes idoneus teſtis propter affectionem, vt in proxeneta dixi ſ.
Iſtud tenet gl.in c.Romana de teſtib.in vj.Si vero produceris ad
aliud,tunc eſſes idoneus teſtis ſicut familiaris,qui deſijt eſſe fami-
liaris,vt l.fi.ſ.e. Et hoc eſt verum quod non poteſt produci ab eo,
cuius fuit procurator, ſed contra eum ſic,vt dicitur in aduocato
per gl.in fi.ff.eo.per Inno.in c.inſuper.extra eo. Dixi plene in d.§.
item decreuerunt.ff.de iure fiſci.in l.deferre.Bart.

ADDITIONES.

a ¶ Unus de vniuerſitate. De hoc quando teſtis de vniuerſitate
teſtificetur,vide late per do.Feli.in c.inſuper.de teſti.⁊ per Aret.in
c.cum nuntius.eod.tit.⁊ vltra ibi per eos adducta,vide que ponit
Alex.de Imol.in conſi.xcix.in v.lib.
b ¶ Aut venditor. Quando venditor legatarius,fideiuſſor,⁊ ſimi-
les poſſint teſtificari,vide late per Abb. Imol.⁊ Mod.in ca.inſu-
per.extra de teſtibus.

LEX X.

1 ☞ Socius criminis quod non ſit idoneus teſtis in criminali-
bus,⁊ num.3.
Socius pro ſocio in ciuili non poteſt teſtificari,⁊ num.5.
4 Excipere cōtra teſtem quod ſit particeps criminis,quomodo de-
beamus.
Denuntiator debet facere expenſas teſtibus ſicut accuſator.

Quoniam. [a] Principium huius l.legitur duo-
bus modis, vno modo continuetur
ad precedentē l.ſic.Dictum eſt ſ.quod in re propria quis
non eſt idoneus teſtis. Ratio, quia non eſſet liber in teſtificando
propter affectionem,quam habet ad ſeipſum,⁊ teſtes debent pro-
duci liberi.h.d.in prin. Alio modo legitur quod non continuetur,
⁊ ſecundum hoc iſta lex dicit duo, ſcilicet quod teſtes debent eſſe
b liberi. Item non debent eſſe ſocij.vel participes criminis[b]. poſtea
c dicit a quo alimentari debent[c].¶ Oppo.† quod ſententia abſolu-
1 toria lata pro vno ſocio criminis.non prodeſt alij regulariter,vt l.
denuntiaſſe.§.fin.de adult.ergo videtur quod debeat eſſe idoneus
teſtis,Sol. Dico quod ei preiudicat,ad qualequale preiudicium,
d ideo idoneus teſtis nō eſt[d]. ⁊ vide circa hoc quod habetur per gl.
2 ⁊ Inno.extra eo.c.j. ¶ †Querit gl.vtrum in cauſa ciuili ſocius ad-
e mittatur[e] pro ſocio: Et glo.videtur dicere quod non.ſi eſt ſocius
omnium bonorum,vel eius rei. ¶ Querit gl.quid de ſtatuliberis,
quid de adſcriptitijs,quid de monachis,quam vide,⁊ ſigna,⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quoniam.Not.iſtam l.ꝙ teſtis productus per te.ha-
bere debet expenſas,⁊ omnia alia. Lud.in l.reſtituere.§.fin.cum l.
ſeq.ff.ad Trebel.⁊ vide quod ibi dixi ĩ.eod.l.ſeq.
b ALEX. ¶ Participes criminis.Utrum ſocius criminis admit-
tatur in teſtem,per Bart.in l.j.§.ſi ſeruus.ff.de queſtio.⁊ per Inn.
in cap.qualiter.el ij.extra de accuſat. An in cauſa ciuili,per Bald.
omnino in l.omnibus.ſ.eod.
c P. PAV. P. ¶ Alimentari debeat. Circa iſtam legem inquantum
loquitur de ſumptibus ſoluendis teſtibus,vide Fel.in c.j.extra de
teſtibus. vbi etiam ponit an aliquid poſſit vel debeat dari in re-
compenſationem operum. Item ſi teſtis eundo ad teſtificandum
ſpolietur a latronibus. Item an iſtis omnibus requiratur iudicis
declaratio.Item ſi minatus a teſte quod non teneatur producens
ad expenſas notarij,vel alterius miſſi,vide gl.in c.iij.de iudi.in vj.
in verbo producendis.
d P. PAV. P. ¶ Teſtis non eſt. Circa iſtam legem dum loquitur
de ſocio criminis. an poſſit eſſe teſtis, vide que addidi in Bert.in
verſic.teſtes,qui eſſe poſſunt vbi multa addidi.
e ALEX. ¶ Socius admittatur.An ſocius poſſit in cauſa ſui ſo-
cij eſſe teſtis,vide remiſſiue Alexand.in l.ſerui.§.j.de lega.j.
* IOAN. FRANC. RVER. ¶ ADDE Salic.hic ⁊ Cano.in
c.cum nuntijs.⁊ in c.inſuper.⁊ ibi Feli.extra de teſt.⁊ Aret.in con-
ſil.xiij.incip.viſo diligenter themate.

ALIA LECTVRA.

Quoniam. Teſtes debent eſſe liberi.nō par-
ticipes criminis,⁊ debēt ali a pro-
ducente.h.d. Lex iſta legitur duob.mod. ¶ Primo ꝙ
continuetur ad precedentem. Secundo modo legitur,
ꝙ hic ponatur quedam ratio ad ſequentia,⁊ precedentib.non con
tinuetur. ¶ No.ꝙ teſtes debent eſſe liberi,ſerui enim non poſſunt
3 interrogari,niſi de facto ſuo,vt ſ.eo.l.ſeruos. ¶ † Secundo no.ꝙ
illi, qui ſunt ſocij, ⁊ participes criminis, non ſunt idonei teſtes. ⁊
ideo ſi plures ſunt accuſati eadem accuſatione de eodem delicto,
vnus nō poteſt eſſe teſtis pro alio, vel contra alium.vt hic, ⁊ l.ſi fi-
lium.de lib.cau.⁊ extra eo.c.quoniā. ¶ Ad idē opp.de lege diuus.
ff.de cuſt.reo.⁊ l.j.de fal.mo.Sol.Illud eſt verū regulariter. Fallit
in caſib.predictis,⁊ in alijs,qui tanguntur in gl. hic.⁊ plenius po-
nuntur.ĩ.de accuſ.l.fi.in fi.in quibus ſocius cōmunis pro ſocio ex-
aminatur ad preſumptionē, id eſt non plenā probationē.⁊ facit ff.
de pe.l.j.§.vlti.per caſum.in d.§.quoniā. ¶ Quero quō op.hec ex-
4 ceptio † tu non potes eſſe teſtis contra me, q: particeps es crimi-
nis,q: ſecundum hoc videtur confiteri,ſe eſſe criminoſum. Si.in
l.ſi filium.ĩ.de lib.cau.dicit, ꝙ opp.ſub cōditione puta. dico me nō
deliquiſſe ſed ſi apparet.dico te ſocium eſſe. Alia gl.extra eo.c.j.in
vj.dicit ꝙ dicendo ſimpliciter te eſſe ſocium criminis , non videor
intentionē aduerſarij confiteri.Tu dic ꝙ non eſt neceſſe quod dicā
te ſocium criminis, ſufficit enim ꝙ dicam quod es diffamatus de
crimine,ſicut ego,tex.eſt hic,ibi dum dicit,ſufficit ꝙ dicantur,licet
non ſint,⁊ iſta dubitatio eſt neceſſaria, quādo reus vult contra te-
ſtem excipere.Sed ſi reus produceret aliquē ad ſui defenſionē,ac-
cuſator poſſet clare dicere,tu es particeps criminis.hec enim con-
ſonant intētioni ſue. ¶ Querit gl.nūquid in ciuili ſocius admitta-
5 tur pro ſocio ad teſtificandum.Si.diſtinguit,dic vt in ca.⁊ ita di-
cunt Canoniſte. Iac.de Are.dicit,⁊ melius,iudicio meo,etiā ſi ſo-
cietas incideret in re diuidua,ſi vtriuſqꝫ ſociorū eſt eadē cauſa de-
fenſionis,⁊ tūc vnus pro alio nō eſt idoneus teſtis,vt ff.de app.l.ſi
qui ſeparatim,in fi.⁊ ĩ.ſi vnus ex plu.app.l.j.⁊ ij. ¶ Uenio ad verſi.
in exhibitione.dicitur hic ꝙ per accuſatorē, aut ab his, per quos
fuerint poſtulati.quid vult dicere gl.exponit duob.mod.per accu-
a ſatorem aut per denuntiatorē[a] in notorijs criminibus,vel dic per
6 accuſatorem,aut per accuſatum. ¶ †No.ſecundū primam expoſi-
tionem,ꝙ denūtiator debet facere expenſas teſtibus ſicut accuſa-
7 tor.Facit l.ab accuſatione.§.nuntiatores.ff.ad Turp. ¶ †Quero,
vtrū iſte expenſe que ſunt faciēde teſtibus debeant ei dari primo,
an reſtituēde ſint poſtquā ſunt facte:Certe debet primo dari.Tex.

eſt hic, ſepturis ꝛ ſic ante, quā veniāt, Facit ff. mand. l. ſi vero nō re
muerandi. §. ſi. ¶ Ultimo gl. inducit iſtum tex. ad queſtionem, ꝙ la
8 boratores debent recipere expenſas a conducente, non aūt † debēt
emendari eorum inſtrumenta, vt ff. ad legem Rhod. de Iac. l. ij. §. j.
Iſta gl. dicit verum, quod laboratores, qui gratis laborant, debēt
ali, vt hic. ꝛ ff. cōmod. l. in rebus. §. poſſunt. Si vero non gratis intel
liguntur operari victu ſuo, vt l. ſuo victu. ff. de ope. lib. niſi conſue-
tudo aliter ſe haberet, vt j. de loca. ꝛ conducto. l. excepto. Dixi in
l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. inde. ꝛ ibi gl. tangit.

ADDITIO.

a ¶ Per denunciatorem. Adde quod etiam ſi per viam inquiſitio-
nis procederetur, quod ſatiſfacit pro expenſis Reipub. de māda-
to iudicis, ita Bal. ꝛ ibi Mod. poſt eum, in c. j. extra eo. tit. ꝛ intelli
ge de expenſis in eundo ꝛ redeundo per c. ſtatutum. de reſcri. lib.
vj. ꝛ etiam quod debet dari aliquid in recompenſationē operum,
ſecundum Bal. in d. c. j. ꝛ ibi Moder. ꝛ vltra eos vide que late po
nuntur per Alberi. de Roſa, in trac. de teſtibus, parte iij. principa
li. ver. ꝛ eſt notandum.

AVTHENT.

4 ☞ Teſtis interrogatus, ad quas interrogationes reſpondere te-
neatur, ꝛ nume. 5.

a **SI teſtis.** [a] Iſta eſt bona auth. ¶ Not. qꝺ ille, qui
confitetur ſe liberum videtur cōfiteri ſe
fuiſſe ſeruum, niſi probet manumiſſionem. Nam ad poſi-
1 tionē † priuationis ſequitur poſitio habitus, non enim potuit ma-
2 numitti, niſi fuerit ſeruus. Et ſic facit † quod ille, qui dicit ſe abſolu
tum ab excommunicatione, niſi probet abſolutionem, preſumitur
excommunicatus, quod tamen eſt verum ſimpliciter, vt plene di-
3 xi in l. decem. de verbo. oblig. ¶ † No. ſecundo quod iſte exceptio-
b nes, que opponuntur contra perſonam teſtium non impediunt [b]
examinationem, ſed reſeruantur. Idem tenet Spe. in ti. de teſte. §.
j. ver. quid ſi dicitur. Fallit ſi dicatur odioſus ex lite criminis. Itē
de hac proteſtatione cōtra perſonas teſtium, vide quod no. extra
eod. c. preſentium. ꝛ ibi vide per Inno.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si teſtis. Et ad gl. hic vide que dixi poſt Bar. in l. poſt
legatum. §. his vero. de his quibus vt indig.
b ALEX. ¶ Non impediunt. Quando impediatur examinatio te-
ſtium ipſo iure, adde qꝺ no. Bar. in l. ſi duo patroni. §. idem. in fin.
ff. de iureiu. iſta ſunt vera quando ſine tortura poſſunt examinari,
ſecus ſi cum tortura. l. j. §. ſi quis. ff. de queſtionibus. an tamen ſi nō
opponatur exceptio contra teſtamentū iudex habeat ſupplere, vi
de Bal. in l. ij. ſ. eo. ꝛ quod ibi dixi poſt Bar. ꝛ Inn. in c. intimauit.
de teſti. ꝛ ad hoc, vide ſing. Bal. in l. ſi quis teſtibus. j. eod. facit qꝺ
no. Bal. in l. laudabilem. C. de aduo. diuer. iudi.

ALIA LECTVRA.

**SI teſtis.** Breuiter litera hoc dicit. Quando
exceptio, que obijcitur contra per-
ſonam teſtis, requirit altiorem indaginem, debet ab
initio proteſtari, ꝛ in diſcurſu temporis reſeruari. ſecus
ſi poteſt incontinenti, quia tunc examinatur antequam teſtes re-
4 cipiantur. ¶ † Primo not. quod quando obijcitur aliquid in per-
ſonam teſtis, ipſe teſtis debet de hoc interrogari. quod patet, quia
interrogabitur an ſit ſeruus, ꝛ ſi dicat ſe liberum, qualiter eſt liber.
Et pro hoc vides, quod tota die fiunt interrogationes ab ipſo te-
ſte, an ad eum pertineat commodum, vel incommodum, vel an ſit
minor vel maior, vel an ſit conſanguineus producentis, vel ſimi-
lia. Si vero illud, quod obijcitur contra perſonam teſtis, contine-
ret eius delictum, non cogeretur reſpondere, vt no. Spec. de teſte.
§. iam de interrog. verſic. ſed nunquid queratur. ¶ Secundo not.
5 † quod interrogatur de conditione perſone ſue, ſi dicat contra ſe,
hoc eſt aliquid quod eum repellat, ſtatur. Sed ſi dicit pro ſe non
ſtatur ei, vt hic patet. Nam ſi dicat ſe fuiſſe ſeruū, ꝛ manumiſſum,
ſtatur ei, in eo quod dicit ſe fuiſſe ſeruū non in eo quod dicit ſe ma-
numiſſum, quia preſumptio eſt in contrarium, vt ſ. tit. j. l. ſiue. alias
exigitur probatio ab aduerſario. ¶ Tertio not. quod ad poſitio-
6 nem priuationis ſequitur poſitio habitus, Nam eo ipſo quod di-
cit ſe libertum, ſequitur quod fuerit ſeruus, Et ſic videtur contra
ea que dixi vobis, ſ. tit. j. l. j. ꝛ l. ſiue. vbi qui dicit ſe liberatum, nō vi-
detur intentionē aduerſarij confiteri. Sed reſpondeo, illud eſt ve-
rum in dictis legibus, quia ad poſitionē liberationis, non ſequitur
poſitio obligationis, pro actore, qui ipſam liberationē negat, nec
ponit eſſe, vt l. cum de indebito. ff. de proba. ſed in teſte ſolum dictū
eius inſpicitur, nec attenditur quid pars dicat, ꝛ ſic ad poſitionem
priuationis ſequitur poſitio habitus cōtra ipſum teſtem. Hoc tibi
dico in l. decem. ff. de ver. obl. facit. l. ſi mihi, ꝛ tibi. ꝛ ibi no. ff. de leg. j.
¶ Quarto not. quod poſt publicationem admittuntur teſtes ad
7 reprobandam perſonam teſtium. ¶ Quinto not. quod excipiens
contra perſonas teſtium, debet proteſtari prius, reſeruatur autem
poſtea, vt hic, in fine. Sed forte iſte tex. habet alium intellectum, vt
dicatur, procedat quidem, ꝛc. id eſt recipiatur teſtimoniū eius, ta-
men prius dictum de proteſtatione videtur hodie declaratum, ex-
tra eo. in c. preſentium. Et aduerte quod hic tex. tetigit, quod exce-
ptiones, que debent obijci contra teſtem, non impediūt examina-
tionem, ſed proteſtantur ſaluas ſibi fore exceptiones, vide tex. ibi
ſi vero ex lite. ibi, procedat, ꝛc. Et ſecundum hoc proteſtationes,
8 † que fiunt ita in genere, modicum releuant, niſi iudex eas expreſſe
admiſiſſet. Ita dicit Inno. in d. c. preſentiū. ¶ Quero quid de aliis
9 † exceptionibus que obijciuntur contra perſonas teſtium, vtrum
a impediant examinationem, an reſeruentur [a] poſtea? Ioan. And. in
c. ex parte. extra eo. dicit ꝙ extra hos caſus hic expreſſos, eſt in ar-
bitrio iudicis, an probationes dicte exceptionis admittat, vel dif-
ferat, ſed exceptionem debet recipere ab ipſo initio. Breuiter tex.
videtur velle ꝙ iſte exceptiones impediant examinationem, vt l.
omnib. ſ. eo. vbi denegat facultatē dicendi, vt l. iuriſiurādi. ſ. eo. ibi
non audiatur, ꝛc. ꝛ ff. eo. l. iij. §. l. Iul. ibi, teſtimoniū dicere. ꝙ intelli-
gendum eſt ꝙ probatio dicte exceptionis, poſſet fieri incontinenti,
10 vt in hac aut. nam in j. parte huius aut. hoc apparet expreſſe. † Et
in ſecūda parte dicit inimicitias poſt litem motas criminis impe-
dire examinationē, ꝛ poteſt probari ſtatim, vt expreſſe dicit tex.
corpore. ꝛ idem eſſet propter motā litem ſtatus vel maioris par-
bonorū, vt dicit glo. ¶ Quero, quid de ſtatuliberis, adſcriptitiis
monachis, vel cōuerſis? Dic vt in gl. ꝛ eā bene ſigna. Quero
de exceptione, que obijcitur cōtra dictam? Reſpondeo, pro-
debet neceſſario quis proteſtari ante publicationē, quia ne-
dicturus ſit teſtis, ꝛ ideo pōt opponi poſtea, vt j. eo. l. ſi quis.

ADDITIO.

a ¶ An reſeruentur. Adde tamen quod exceptio excommunica-
tionis propter periculum communionis impedit examinationem
teſtis. c. pia. de except. in vj. ꝛ debet incontinenti probari. ita Ioan.
And. in d. c. ex parte. de teſt. ꝛ refert Lanfran. in c. quoniā contra.
in verſic. teſtium depoſitiones. de proba. ꝛ formam proteſtationis
fiende de reprobandis teſtib. vide in Spec. in tit. eo. §. ſepe. in prin.
ꝛ in materia vide per te Abb. ꝛ latiſſime per Fel. in d. c. preſentium.

LEX XI.

1 ☞ Dictum teſtis, qui non fuit citatus, an valeat.

**LIbertorum.** Liberti non debent exami-
nari contra patronos. h. d.
a Quero vtrum valeat dictū teſtis, † qui nō eſt citatus [a].
Hic videtur caſus quod ſic, quia ſpeciale eſt in liberto,
b vt ſponte non poſſit dicere teſtimonium contra patronum [b], ergo
alias poſſet. Simile in l. lege Iul. ff. eo. vbi ſunt quedā perſone, que
ſponte teſtificari poſſunt, ſed non coguntur inuite. ¶ In contra-
rium videtur tex. in aut. eo. §. ſi vero ignoti. in ver. properantes
feſtinantes, ꝛ quod ibi no. per do. Iac. de Bel. Sol. Quidam intel-
ligunt teſtem dicere ſponte comparuit in prima citatione, ꝛ
c dicere coactum [c] quando expectat alias coactiones ſcilicet
capiantur pignora, ꝛ indicatur mulcta. Et ita videtur intelli-
tit, extra de teſti. cogen. Ego tamen dixi vobis aliter in l. poſt
tum. §. his vero. ff. de his quib. vt indig. Et de hac queſtio, ne
d aliquid tangatur [d] ab aliquo, niſi a predicto do. Iac. in d. aut.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Citatus. Quod autē ſufficiat monitio iudicis
illa citatione, vide do. Nellum in tracta. de teſtib. in ver. ſi teſtes
tati non veniant. Quod autem citatio teſtis non ſit de ſubſtan-
dixit Bald. in c. j. §. porro, que fuer. prima cauſa benefi. amit.
de hoc an teſtis non citatus deponens repellatur, tanquam
gerens, vide Feli. in c. j. de teſtib. Et alia que habes ad Bart.
poſt legatum. §. his vero. ff. de his quibus, vt indig. ad quam
ſe remittit hic.
b POMA. ¶ Contra patronum. Vide Alex. conſi. cxcix. vol. ij.
eo. ꝛ lxiiij. vol. iij. vbi dicit, quod omnes ſcripture, vel inſtrumenta
debent produci etiam parte citata, vel preſente. ꝛ ibi loquitur
capitulis, ſuper quibus teſtes examinari debent, vide etiam
in c. ij. de teſti. cog. ꝛ in c. ſuſpicionis. de offic. deleg.
c ALEX. ¶ Dicere coactum. Quando teſtis dicatur coactus
teſtificandum, adde Bal. in l. parentes. ſ. eo. ꝛ Bart. in d. l. poſt le-
gatum. ꝛ Bald. hic, ꝛ Bald. in l. ij. j. de bo. auth. iud. poſſi.
d ALEX. ¶ Tangatur. Vide que not. Bart. in l. ſi quis legatum
in fi. in princ. ff. de fal.

LEX XII.

2 ☞ Iudex qui etiam de crimine cognoſcere non poteſt, puni-
re teſtem falſum coram ſe producentem.
3 Dicens falſum coram iudice vel producens, qua pena puniatur
numero 6.
4 Punitus a iudice, quia dixit falſum, vel produxit, an poterit lege
Cornelia de falſis accuſari.
5 Priuilegium fori quis amittit propter teſtimonium falſum.
7 Iudex ordinarius poteſt torquere teſtem vacillantem.
9 Damnatus a iudice, quia dixit coram ſe falſum, non eſt infam

NUllum. Teſtis debet ferre teſtimonium omni fo
ri preſcriptione ceſſante[a]. Et ſi falſum di
xerit, poterit iudicis officio puniri[b]. h. d. ¶ No. qđ teſtes
debent deponere in ſecreto[c] per iſtam legem. † Ego credo qđ licet
iudex cauſarum ciuilium non poſſit de crimine cognoſcere, tamen
contra eum[d], qui coram eo committit falſum[e] vel dicendo teſtimo
nium, vel producendo falſam chartam poteſt punire[f] cum in † hoc
ſit ei data iuriſdictio ſubmota omni preſcriptiōe fori, *vt hic ſ. tit.
j. l. penul. ¶ Querit glo. de duabus queſtionibus difficilibus. Pri
mo†, qua pena punietur hic iſte teſtis cōtra quem inquiritur per
iudicis officium, vtrum puniatur pena. l. Cornelie. Et gl. determi
nat quod nō, ſed alia pena minori arbitrio iudicis. † Item an ſi eſt
punitus iudicis officio, poterit lege Cor. accuſari, gl. dicit qđ ſic, ꝛ
male per l. ſenatus. ff. de accuſa. de hoc per do. Dy. in l. ij. §. ſi publi
co. ff. de adul. ꝛ ibi dixi, ꝛ vide gl. in fi.[g] ꝛc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Nullum. Ceſſante. Et ad hoc, vt non obſtet contrariū
auth. co. tit. §. ſi vero ignoti. dixit Inn. in c. dilectus. de pe. ꝙ iſta l.
loquitur in ordinario. quod not.

b ALEX. ¶ Puniri. Sed an hec pena fiat ex eodē proceſſu, dic ꝙ
non. no. per Bal. in l. mercalem, ꝛ in l. qđ euitandi. de condi. ob tur.
cau. ꝛ hic in ver. iij. no. tenet contrarium Bal. per Bar. in l. Athle
tas. §. j. de his qui no. infa. ꝛ de hac l. ꝛ l. omnibus. not. in glo. ꝛ vide
Ang. in l. ſi vacantia. poſt medium. de bo. vacan. lib. x.

P. PAV. P. ¶ Puniri. Circa intellectum iſtius textus in hoc an
procedat etiam in iudice delegato, vide Iaſo. late in l. j. §. qui man
datum. ff. de offi. eius. ꝛ Feli. in c. preterea. de offi. deleg. ꝛ Fel. in ca.
verum. de fo. comp. vbi etiam quid ſi teſtis eſſet clericus, Decium
in dicto cap. preterea.

ALEX. ¶ In ſecreto. Et adde no. in c. in nomine domini. de teſt.
ꝛ in c. venerabili. extra e. ꝛ not. Bal. in l. preſbyteri. de epiſ. ꝛ cle. ꝛ li
mita per Bal. hic.

POMA. ¶ Tamen contra eū. Vide Imo. conſi. cxxxix. Pan. in c.
verum. de fo. cōpe. ibi vide que addidi. ꝛ vide Ang. de Are. in trac.
maleficiorū. in gl. in verbo falſario. verſi. quero teſtis dixit in vj. ꝛ in
fi. ver. ꝛ Panor. in c. eccleſia ſancte Marie. in iij. no. hoc tamen nō
haberet locum in clerico, coram laico. Ita Io. And. in d. c. verum.
ꝛ do. Feli. in c. at ſi clerici. in prin. de iudi. ꝛ Panor. in cap. preterea.
de offi. ordin. ꝛ in d. c. verum.

e POMA. ¶ Committit falſum. Et hoc procedit etiā in arbitris,
de quibus in c. ſuſpicionis. de offic. delega. vt illi poſſunt punire te
ſtes coram ſe deponentes falſum. Ita Panormi. ibi in ij. no. ꝛ om
nes. ꝛ Barba. ibi.

f ALEX. ¶ Poteſt punire. Contrarium tenet Bartol. quod non
poſſit. vt l. diuus. la ii. ff. de fal. ꝛ vide Bar. in l. hoc iure. §. aqua que.
ff. de aqua quoti. ꝛ eſti. ꝛ pro iſta parte facit text. in l. ſi liberti. C. de
admini. tut. ꝛ an hoc ſit verum in clerico teſtificante, vide j. eo. ꝛ in
c. verum. extra de foro compet. ꝛ gl. hic. ꝛ Bal. ADDE An iudex
coram quo partes per errorem litigabāt poſſit teſtem coram ipſo
falſum deponentem punire, Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de
teſte. §. j. verſi. ſed quid in delegato. Et an cum Parmenſis ꝛ Bon.
litigant Mutine, ꝛ producant teſtes Cremonenſes, qui examinā
tur Cremone, ꝛ accuſantur de falſo, quis debeat punire. vide Spe.
in tit. de teſte. §. j. verſi. quid ſi aliquis.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Preſcriptione fori. Adde eundē Bar.
in l. j. §. per illum tex. ff. de aqua quoti. ꝛ eſtiua. ꝛ late Iaſon in l. j. §.
fi. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.

g ALEX. ¶ Gloſſ. in fi. Et gl. hic ſentit quod cum clericus in caſu
iſto poſſit puniri a iudice laico. coram quo deponit, adde quod in
contrarium facit, quod voluit Innoc. in c. verum. de foro compet.
adde Pet. de Anch. in repe. c. ea que. in xix. q. de reg. iur. in vj.

ALIA LECTVRA.

NUllum. Teſtis efficitur de iuriſ. examinantis,
vt ex cauſa pro teſtimonio torqueri
poſſit, ꝛ ſi teſtificādo deliquerit, puniri poteſt, hoc dicit.
Primo loquitur de poteſtate cōceſſa iudicibus in tor
5 quendo. Secundo in puniendo. Secunda ibi, data. ¶ † No. primo
quod propter teſtimonium quis amittit priuilegium fori, quid in
a clerico[a]? dic vt in l. preſbyteri. ſ. de epiſc. ꝛ cleri. ¶ Item no. quod
6 teſtis debet examinari in ſecreto, ſed iurare in publico, † vt j. eod.
7 l. ſi quando. † Item not. quod iudex poteſt torquere teſtem vacil
lantem, quod intelligo in iudice ordinario, vt in authen. de teſti. §.
8 ſi vero ignoti. ¶ † Item not. quod quando delictum coram iudice
committitur, quod ipſe iudex per inquiſitionem poteſt procedere,
ꝛ punire, licet alias non ſit iudex maleficiorum vt ibi data cunctis
iudicibus, ꝛc. ſ. titu. j. l. iubemus. Et quod hic dicitur in teſte, idem
in producente teſtem, idem in notario ſcribente, procuratore, vel
aduocato delinquente coram iudice, quia eadem ratio eſt. ꝛ not.
per Innoc. extra de pe. c. dile. ¶ Querit gloſſ. de duabus queſtio
9 nibus. Primo, † an iudex puniat eum pena legis Cornelie. Se
cundo ſi ſit punitus ex officio, an poſtea poſſit accuſari. Ad pri
mum reſpondet negatiue, ad ſecundum affirmatiue. Ad primum
dum dicit, quod punitur alia minori pena, dico quod poſſet dice
re verum. ꝛ ſecundum hoc in caſu iſto damnatus ex officio iudi
cis, non erit infamis, quia illud officium, de quo hic dicitur, non
ſuccedit in locum accuſationis legis Corne. ꝛ ideo non eſſet dam
natus publico iudicio, ergo non infamis, vt ff. de his qui no. infa.
l. j. Sic intelligo quod not. ff. de ſuſp. tuto. l. fin. ſecus ſi in locum ac
cuſationis ſuccederet, vt dixi in l. infamem. ff. de publi. iudi. Ad ſe
cundum, ſcilicet quando dicit, quod adhuc poterit accuſari, intel
ligo adhuc, id eſt preter iſtam legē. Sed ſi intelligeremus adhuc,
id eſt poſtquam eſt punitus officio iudicis, tunc male diceret gloſ.
Nam cum iſte pene caderent ad vindictam, ſi primo eſt electa vna,
licet minor, non poteſt ad aliam redire, vt ff. de iniurijs. l. pretor e
dixit. §. j. ꝛc.

ADDITIO.

a ¶ Quid in clerico. Adde de hoc vt per Abb. ꝛ doct. in c. poſtula
ſti. extra de foro competen. ꝛ ibi late domi. Mari. in xviij. q. ꝛ ibi in
telligit, quod poterit puniri, reſeruata tamen executione epiſco
po. Quinimo ſecundum eundem, iudex laicus poterit etiam fa
cere executionem in bonis ipſius clerici, ꝛ eius fideiuſſores com
pellere. arg. huius legis. ꝛ alle. no. per Archi. in c. preſbyteri. v. q. vj.
ꝛ Abb. in c. vero. de foro competen. Adde tu eundem do. Maria.
in c. j. de foro compet. in fal. xxij. ꝛ Pet. de Ancha. in repe. c. ea que.
q. xx. circa fin. de reg. iur. lib. vj.

LEX XIII.

1 ☞ Teſtis productus per me, non poterit in eadem cauſa ſuper
eodem articulo produci.
3 Teſtes ad reprobandum dicta priorum teſtium, quando poſſint
produci publicatis teſtibus.
4 Sufficit probare teſtem fuiſſe pecunia corruptum, vt dictum eius
non valeat.

a SI quis teſtibus. [a] Contra perſonam
b teſtis[b], quem quis
* ſemel produxit, non poteſt quis excipere *, niſi ex noua
cauſa, ſed contra dicta ſemper poteſt obijcere. hoc dicit.
¶ Opp. de l. produci. ff. eod. Gloſ. ſignat iſtud contrarium in prin.
1 ꝛ fin. gloſſ. Breuiter eſt † vera, teſtis in vna cauſa per me produ
ctus, poteſt produci contra me in alia, non in eadem. Intellige ſu
per eodem articulo. ſuper diuerſo poteſt ſecundum Petr. ꝛ iſta eſt
2 ratio, ꝛ ita tenetur communiter. ¶ † Quero, dicitur hic, vſus fue
rit. quomodo hoc intelligatur. Dicunt quidam, ſi aliquis vtatur
atteſtationibus. Alij dicunt, quod ſola productio ſufficit. quia ex
3 ſola productione videtur perſonam eorum approbare. ¶ † Que
ro, vtrum poſt publicationem poſſint produci teſtes ad reproban
dum dicta priorum teſtium. Text. hic non dicit, ſed quod ſolum
poteſt argui falſitas ex dictis eorum. Gloſſ. dicit tamen quod hoc
poteſt, ꝛ inducit iſtum text. in fi. ꝛ ſ. eod. authen. ſi dicatur. Breui
ter aut poſt publicationē ego volo reprobare teſtes ſuper eiſdem
articulis directo cōtrarijs, ꝛ non poſſum, aut ſuper alijs, puta cir
ca circunſtantias, cum dicit aliquid falſum, de quo non potuit eſſe
inſtructus per primos articulos, ꝛ tunc bene poſſum. Idem ſi ali
quid aliud extraneum volo obijcere, vt de corruptione, ꝛ ſimilib9,
bene poſſum, vt hic, in fi. probatur in c. ex tenore. extra eodem. Vl
4 timo not. ex iſto fine † quod ſi probo teſtem corruptum[c] pecunia
c aliquid dixiſſe quod ſatis eſt ad reprobandum dictum eius, nec eſt
querendum, an dixit verum, vel falſum, ſicut in ſententia iudicis
corrupti pecunia, vt l. venales. j. quando prouoca. non eſt neceſſa.
ꝛ ff. de condi. ob turp. cau. l. penul. in fi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis teſtibus. Et dum hic dicitur, quod teſtis ini
micus, ꝛ maleuolus a teſtimonio poteſt repelli, intellige, niſi ſit pa
rum maliuolus, ꝛ ſic contra de amico, niſi ſit aliquis beneuolus, vt
dicit not. Angel. in authen. de nup. §. fin. argu. illius text. ꝛ hanc le
gem limita, vt per Innoc. in c. cum venerabilis. de excep. Sed quid
ſi quis producat teſtes tunc, ꝛ non eſt vſus, an intelligatur perſo
nam eius approbaſſe, adeo quod aliquid non poſſit opponere ſi
producatur ab aduerſario, per Spec. verſic. ſed tunc. dic quod ſic,
in l. j. in §. beſtias. verſic. ergo. de poſtu. Vide gloſſ. in c. preſentium.
extra eod. ꝛ vide quod not. Bald. in l. ad teſtium. §. conditiones. ff.
de teſt. ꝛ in l. e a. ꝛ adde in materia quod clericus poteſt teſtificari in
cauſa eccleſie ſue, nec debet repelli, vt in cap. cum nuntius. extra de
teſt. ſed nunquid compellatur ferre teſtimonium contra eccleſiam
ſuam? Gloſſ. quod ſic in d. c. cum nuntius, quia non eſt proprie ſua
cauſa, ꝛ tacere veritatem eſt peccatum. Idem tenet Innoc. quan
do non ſunt alij teſtes. idem ibi Hoſtien. dummodo clericus non ſit
libertus eccleſie, per d. l. libertorum. Idem tenet Abb. Sicu. quia
teſtificādo pro eccleſia tenetur teſtificari ꝛ contra. cum quis debet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teſtificari pro vtraqꝫ parte.xiiij.q.v.c.non ſane.⁊ eſt gl.in c.fraternitatis.de teſt.Sed dic quod quandocũqꝫ teſtificatur pro eccleſia, ⁊ reperiuntur alij teſtes,tunc non coguntur,vt no.gl.in d.c.cũ nuncius.ſed vbi non ſunt alij,ceſſat omne priuilegium in defectũ probationis,no.in c.ſi qui teſtiũ.de teſti.⁊ in c.j.de teſti.co.⁊ h.d.Abb. niſi clericus ipſe moueret cauſam eccleſie,tunc enim nõ poteſt eſſe teſtis eccleſie.c.inſuper.de teſtib.nec etiam cogi, quia procurator non poteſt cogi teſtificari contra dominum ſuum in eadem cauſa, licet poſſit interrogari,⁊ adde quod monachus poteſt eſſe teſtis, ſecundum Specu.in titu.de teſte.§.item excipitur.verſicu.quid de mona.Idem tenet Abb.in c.cum nuncius.⁊ adde qđ fratres minores poſſunt teſtificari,ſecundum Specu.in titu.de teſte.§.item excipitur.Et idem de conuerſis,religioſis,⁊ ſimilibus,quia non reperiuntur prohibiti,imo potius permiſſi.c.nuper.de teſti.⁊ d.c.cũ nuncius.⁊ ibi Abb.⁊ in c.⁊ ſi Chriſtus.de iureiu.cum ſimili.Idem no.gloſ.in authent.de monach.§.cogitandum.⁊ Bald.in authen. ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccleſi.⁊ dicit Abb.quod a princip.debet habere licentiam ſui prelati,cum literas non debeant legere ſine licentia prelati.xij.queſtione j.non dicatis. Sed ſi teſtificati ſunt, non valet teſtimonium.Ad predicta alleg.tex.quem dicit nouum in c.veritatis.de dolo ⁊ contuma.

a POMA. ¶Si quis teſtibus.vide Bal.in l.j.§.beſtias.de poſtul. Barto.conſi.xc.⁊ Ro.conſi.ccccxxxj.⁊ ad iſtam legem loquentem de teſte effecto inimico,vide vnum verbum Alex.in l.preſcriptione.C.ſi contra ius vel vti.publi.⁊ limita hanc legem vt per Bald. conſi.xlj.in v.parte.

P.PAV.P. ¶Si quis teſtibus.Uide de materia late Fel.in c.preſentium.extra de teſtib.Et quod procedat iſta diſpoſitio in nominatam ſolutionem,vide Bal.in l.j.§.beſtias.ff.de poſtu. Et idẽ eſt in eo,qui apponit pro teſte in inſtrumento, qđ cenſetur eius perſona a partibus approbata,⁊ non põt amplius repelli.vide Alex. conſi.lxx.in j.volu.domi.Lanfran.in ca.quoniam contra falſam.in verſi.teſtium depoſitiones in verbo.Item frater.extra de probat. dans bonam cautelam vt ſemper accipiantur de ſuis affinibus,lꝫ tamen non poſſet reprobari in dicto,niſi eſſet approbatus etiã in dicto.Uide Fel.in c.veniens.extra de teſtib.Uide Fel.in c.cum inter.extra de excep.vbi facit mentionem de iſta cautela,vt adhibeãtur teſtes affines ⁊ domeſtici.⁊ quod etiam poteſt probari contra dicta referens etiam ſe dixiſſe in c.cauſam.extra de re iu.poſt Abbatem ibi.Item intellige illud quod dictum eſt ſ.quod habẽs aliquem pro teſte,cenſetur eum approbaſſe.verũ eſt reſpectu eius ꝙ ſciebat ille qui adhibuit.Secus ſi defectum ignoraſſet, ſecundum Angel.in l.j.C.de teſta.⁊ clarius Cepol.in cautelis ſuis, cautela. ccxix.incip.licet regulariter. Et idem tenet Aret.licet eos non alleget, in l.qui teſtamento.§.j.ff.de teſta.vbi refert tenentes in primo dicto contrarium. Item quod ſi quis producat aliquem in teſtem,licet poſtea non vtatur eo nec faciat eum iurare nec deponere,procedat iſta lex,vide Feli.in c.preſentium.extra de teſtib.Allegat Specul.vt per eum vide Bald.de quo ſ.vide in repertorio, in verbo teſtis. Item quod producens teſtem, non videtur per hoc approbare dictum eius,Alex.conſi.lxvj.vol.j.

b POMA. ¶Teſtis. Uide Bartol.conſilio xc.⁊ Roman.cccxxxj. ⁊ vide etiam Ioann.Andr.in addi.ad Specu.in titu.de teſte.§.ſepe.in j.addi.⁊ in ſimili Paul.de Caſt.in l.quicunque.ad finem.j.de ſer.fug. ⁊ vide Alexand.conſil.cxj. volumi.iij.vbi dicit quod producens inſtrumentum,videtur illud approbare,ita quod non poterit poſtea dicere illud inefficax.⁊ limita iſtam legem vt per Aretin.in l.qui teſtamento.§.nec furioſus.in verſicu.in gloſſ.vlti.ff.de teſtamento.

* CLAV.DE SEISS. ¶Excipere.Circa hoc vide Bartol.in l. Theopompus.ff.de dot.preleg.vbi aliter videtur ſentire. Itẽ vide quod per hanc l.ſingular.decidit Alex.conſi.cxiij.vol.iiij.vbi dicit ꝙ ſi confeſſus fui ꝙ talis homo fuit bone vite, conditionis ⁊ fame,⁊ creditur in ſuis ſcriptis,ꝙ tunc priuata ſcriptura illius plene probabit contra me,vide multa ad hanc regulam,ꝙ ſi ſemel talem approbaui, non poſſum poſtea negare eſſe talem,per Feli.in c.cum inter.de excep.vide etiam pro limitatione aliquid per eundem in c.cum venerabilis.in pe.col.circa fi.eod.titulo.

c ¶Corruptum. Adde quod corrumpens teſtem, punitur eadem pena,qua corruptus.Ita Spec.in tit.de teſte.§.j.ver.item nota.

LEX XIIII.

6 ☞Teſtimonium de auditu quando valeat.
7 Teſtis an interrogetur de loco,tempore,⁊ preſentibus,⁊ nu.8.
14 Teſtimonium de credulitate,an valeat.
15 Scripturam fuiſſe factam,vel caſu deperditam,quot teſtes requirantur.

TEſtium. De debito in ſcriptis contracto non poteſt probari liberatio, niſi per quin-
1 que teſtes, vel aliam ſcripturam,hoc dicit.¶†No.quãdo
a debitum eſt contractum in ſcriptis, liberatio poteſt probari …
2 ſcriptis, vel per quinque teſtes. ¶Qualiter autem † dicitur co…
trahi in ſcriptis, dic vt in gloſſ.hic,⁊ l.fin.ſ.ſi cert.petat.⁊ l.contra…
3 ctus.j.titu.j. ¶†Not.ſecundo quod teſtes debent deponere …
eo quod ipſi ſciunt, ⁊ quod ipſi perceperunt eorum ſenſu corpo…
4 reo. Dixi vobis in l.ſolam.ſ.eod. ¶†Not.tertio illum verſi…
ſcilicet facit quod licet debitum fuerit contractum de preteri…
tamen quia ſolutio eſt facienda in futuro,lex noua prolata pro …
lutione,trahitur ad ſolutionem preteriti debiti.videtur enim …
formam futuris negotijs, vt l.leges.ſ.de leg.vbi de hoc per …
5 Cyn.Dixi de hoc in repe.l.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iur.¶†…
mo tene menti finem huius legis, quod quando ſcriptura eſt …
ſubſtantia, ⁊ quis non poteſt habere ſcripturam, debet proba…
b tria[b], ſcilicet actum eſſe celebratum, ⁊ ſcripturam eſſe inde co…
ctam,⁊ deperditam. Uidebitis infra titu.j.l.ſicut.⁊ l.emancipatio…
* ne*. ¶Querit gloſ.[c] vtrum valeat teſtimonium de auditu …
c dicit † quod non, niſi in caſu.ff.de aqua plu.arcen.l.ij.§.antepen…
6 ⁊ de prob.l.ſi arbiter.Quod intellige verum in his que percipiun…
tur viſu,ea vero que percipiuntur auditu,vt obligatio verbo…
⁊ prolatio facta a teſtatore, bene poſſunt probari per auditu…
ſcilicet proprium.non alienum,vt l.j.in princip.ff.de verb.obli…
7 teſta.l.iubemus. ¶†Querit gloſſ.vtrum quis debeat interro…
d de loco,⁊ tempore[d], ⁊ de preſentibus*. Dic vt in gloſſ.⁊ ex…
* tit.c.cum cauſam.Uide auth.rogati.quam notabis bene,⁊ …

ADDITIONES.

a POMA. ¶Poteſt probari. Pro limitatione huius legis …
milium que requirant ſcripturam,vide Alexand.conſi.lxviij.in …
volu.iiij. Uide Feli.in cap.ij.de proba.in verſic.intellige ſecundo …
ſequen.in c.quoniam contra.in princ.de proba.⁊ in c.licet ex qua…
dam.de teſti.⁊ vide ad hec Barb.conſil.xix.volu.j.⁊ Feli.in c.ſicut …
de re iudi.⁊ not.quod ſi iudex reciperet aliam probationem quam …
hic parte contradicente, ⁊ proteſtante, ⁊c. quod non valet talis probatio, etiam ſi pars ipſa non appellaſſet. Ita colligitur ex dictis per Feli.in c.cum contingat.de offic.deleg.in verſi.no.ad hoc. ⁊ vide etiam pro ampliatione, Ancha.conſi.cccl.⁊ Felin.in c.inter monaſterium.de re iudic, Et adde ad Panorm.in c.fina.in v.not. de ſucceſ.ab inteſt.⁊ Alexand.conſi.lxviij.volum.iij.vbi dicit iſtum text.cum ſimilibus preſtare.argu.quod valet ſtatutum quod contractus non poſſit probari, niſi per teſtes, ⁊c. ⁊ pulchre ibi dicit circa tale ſtatutum.⁊ xxxvj.volu.ij.⁊ l.eod.volu.vbi ponit an valeat ſtatutum quod ſolutio debiti non probetur,niſi per inſtrumẽtum, ⁊ an hoc poſſit fieri per pactum.

b ALEX. ¶Probare tria Quid debet probari,quando ſcriptura eſt de ſubſtantia, nec ſcriptura poteſt haberi, quia per…, vide Bart.in authen.ſi quis.ſ.de eden.vbi limitat iſtum tex… c.cum olim.⁊ Bart.j.tit.j.l.ſicut.

* CLAV.DE SEISS. ¶Et l.emancip.Et iſtum tex.dicit … ſing.Panor.in c.ij.ad fin.de proba.

c ALEX. ¶Querit gloſſ.Contrarium videtur tenuiſſe Bar… l.ij.§.idem Labeo.de aqua plu.arcen.Idem tenet Bald.in c… controuer.inter domi.⁊ vaſal.qui concor.cum Bart.hic.Qui… men ſi teſtis addit cauſam ſui dicti hoc modo, ſcio quia fui … ſens, an probet? Bartol.per iſtum text.tenet quod ſic, in l.… admi.tuto.ſed Bald.hic contra. Uide que ibi dixi.

d ALEX. ¶Loco,⁊ tempore. Adde text.in l.de modo.de cond… demonſtra.⁊ quod not.Barto.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.⁊ in l… de aqua plu.arcen.

* CLAV.DE SEISS.¶Et de preſentibus. Adde ꝙ iudex … teſt de multis circunſtantijs teſtamentum interrogare ad hoc … ad veritatem perueniat.vt no.Bar.in l.quoties per illum text… de naufrag.lib.xj.

ALIA LECTVRA.

TEſtium. Si promiſſio fuit facta in ſcriptis,ſolu… tio debet in ſcriptis pbari,vel per qui… que teſtes,niſi ſcriptura caſu perierit.h.d. ¶Nota qu… a debito cõtracto in ſcriptis non poteſt probari liberatio, niſi p… ſcripturã,vel teſtes.Iuxta hoc quero,qualiter intelligatur in ſcri… ptis.Gloſſ.ponit duas opiniones, dicam in l.generaliter.j.de no…
8 num.pecu.¶†Secundo no.quod teſtes debent deponere de … quia preſentes fuerũt.Et hoc eſt quod dicimus,quod teſtis debet reddere rationẽ ſui dicti per aliquẽ ſenſum corporeũ,vt ff.de … l.qui teſt.§.fi.⁊ ff.de his que in teſt.delẽ.l.j.in prin.plene dixi … 
9 lam. ¶†Not.ꝙ lex loquens de liberatione ad futuram liberatio… nem porrigitur,licet debitũ preceſſerit.ꝙ dic plene,vt no.per Cyn. …
10 ſ.de leg.l.leges.Dixi plene in repe.l.oẽs populi.de iuſti.⁊ iur. … no.ꝙ in caſibus,in quibus eſt neceſſaria ſcriptura,poteſt fieri probatio per teſtes, probando tria,ſcilicet factũ,ſcripturã,⁊ caſum … eſt no. ¶Opp.ſ.ſi cert.pet.l.fi.⁊ in auth.ibi poſita.Solue vt in … ¶Opp.quod plures teſtes requirantur,vt ſ.de teſt.l.hac conſ… tiſſim…

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tiſſima. Solue vt in glo. magna poſt medium, quia quandoque re-
quiruntur plures, quandoque pauciores, ſecundum occurrentia.
¶ † Oppo. quod valeat teſtimonium de auditu [a], ff. de proba. l. ſi
arbiter. de aqua plu. arcen. l. ij. §. idem Labeo. Dicit gloſſ. fallit ibi.
Tu dic quod ibi queritur vtrū aliquis actus extet memorie, quo
